

CAP. XXIV.

TROCHISCI.

TROCHISCI CARBONATIS CALCIS.

R. Carbonatis Calcis præparati uncias quatuor,
Gummi Mimosæ Niloticæ unciam unam,
Nucis Myrasticæ moschatæ drachmam unam,
Sacchari purissimi uncias sex.

HÆC in pulverem terantur, et cum Aqua fiat
massa in Trochiscos formanda.

TROCHISCI GLYCYRRHIZÆ GLABRÆ.

R. Extracti Glycyrrhizæ glabræ,
Gummi Mimosæ Niloticæ, utriusque partem
unam,
Sacchari purissimi partes duas.

SOLVANTUR Aquâ calidâ, et colentur; dein vaporet solutio, leni calore, in massam quæ in Trochiscos formetur.

TROCHISCI GLYCYRRHIZÆ cum OPIO.

- R. Opii drachmas duas,
Tincturæ Toluiferæ Balsami unciam dimidiam,
Syrupî simplicis uncias octo,
Extracti Glycyrrhizæ glabræ, aquâ calidâ molliti,
Gummi Mimosæ Niloticæ in pulverem triti,
utriusque uncias quinque.

PRIMO tere Opium bene cum Tinctura; dein paulatim admisce Syrupum et Extractum; postea sensim insperge pulverem Gummi Mimosæ Niloticæ; et tandem exsicca, ut fiat massa in Trochiscos formanda singulos grana decem pendentes.

TROCHISCI GUMMOSI.

- R. Gummi Mimosæ Niloticæ partes quatuor,
Amyli partem unam,
Sacchari purissimi partes duodecim.

OMNIBUS in pulverem contritis, cum Aqua Rosæ Centifoliæ fiat massa in Trochiscos formanda.

TROCHISCI NITRATIS POTASSÆ.

R. Nitratis Potassæ partem unam,
Sacchari purissimi partes tres.

CONTERANTUR in pulverem, et cum Mucilage Astragali Tragacanthæ fiat massa in Trochiscos formanda.